

HIPPOCRATES. 17

nam imitantur & concors concor-  
di adherere docet Hipp. lib. I. de  
diæta.

*Ignis & Aqua seu oleum & Al-*  
*califus sapo. Cap. 4.*

**C**ALX ut dixi habet duas diuer-  
tas facultates acidum nimi-  
rum & alcali , alcali habere solam  
saponariam & abstersiram virtu-  
tem supra dixi, quam extrahere &  
separare docuerunt Hippocratici  
per suum simile . Itaque saponarii  
addunt calci Alcali factitium ex  
vegetabilibus exustum , in tripla  
proportione ut acida pars in calce  
mortificetur , & altera suo simili  
liqueatur . Humeant itaque tan-  
nillum cineres alcalizatos , quibus  
cooperiunt calcem inextinctam ,  
sicque relinquunt , donec calx de-  
hiscat pro mutuæ actionis inditio,  
tunc commiscent , effunduntque  
aquam , ut massa humidior fiat  
iuxta regulam : *Salia non agere nisi*  
*dissoluta* . Ex humida massa per  
sufficientem aquæ quantitatem  
extrahunt alcali lixiuiale potentis-  
simum & igneum ( igneum dico :  
consumptum enim in momento  
bulliens hoc lixiuium ebrium ho-  
minem cum laneis vestibus ut nil  
cuius

*Similia si  
milibus  
soluuntur  
Hipp. de  
locis in  
Homino*

## 18 STACHENII

In magi- eius repertum fuerit preter lineum  
stra si bul- indusium, & duriora ossa, vt ac-  
lit lytar- cipi à fide digno huius artis pro-  
gyrium fessore ) quod igneum lixiuum  
tingit ea. Magistrum vocant, tanto alcali sa-  
pilk nigro turata in, vt ouum impositum non  
colore, con- submergatur. Ex eadem mixtura  
fuse cuti. sit & aliud lixiuum minis saturat-  
guiaadurit um, quod ouum non sustinet,  
& causti- cum ultimo hoc oleum seu pinguedinem (alcali contrarium, acidum enim occultum continet, vt paulatim apparebit) primo com-  
sat. missent (propter suas causas) dum saponem coquunt: coquunt in-  
quam lento igne, donec albescant,  
tunc adiiciunt magistrum in tripla  
olei, vel pinguedinis proportione  
oleum autem bulliendo coagulat  
alcali, donec in vnum corpus coe-  
ant, vt contraria & permixta, nun-  
quam enim simili in eodem con-  
stant, sed semper & terantur Hipp.  
ibid. Nec essarium est etiam quae ab  
ipsis seceruntur ac producuntur  
dissimilia fieri: Ex alcali nimis  
manifesto, & acido occulto in oleo  
sit aliquid neutrum falsi saporis:  
lingua quandoque explorant si  
sapor dulcis sentitur addiunt ma-  
gistrum, si mordax, coquunt; do-  
nec mordax alcali ab oleo sit ab-  
sorptum & consumptum docente

*Et aug-  
scit maius  
à minore  
Hipp. lib.  
1. de diata*

*etiam*

sic

HIPPocrates. 19

sic Hippoc. alter trahit alter pro-  
trudit, idem autem vierque facit,  
¶ in viramque partem tendunt,  
¶ sic hominis naturam imitan-  
tur.

Post plurima adhibita remedia  
Sapo remolliuit pertinacissimam  
durumque mesenterij tumorem,  
cum Hypochondriorum flatibus  
eriginoſo vomitu & ructibus,  
alui ſipticitate, excessiuis dolori-  
bus concomitantibus, omnia dicta  
accidentia ab huius applicatione  
paucis abinde heris mitigataſunt.  
Podagrico dolori non inutiliter  
in ſpiritu vini diſſolutus applica-  
tur.

Est etiam Emplastrum ex ſapo-  
ne ad plurium incommoda apti-  
ſimum, ut de podagra alibi, pedum  
callos etiam mirabiliter mollificat  
et nemoque dolorem tollit.

Cum autem in Sapone verfa-  
mūr. Curiosis iniucunda non erit  
inſtructio quid ſit SAPO NEA-  
POLITANVS qui conficitur ibi-  
dem à Religiosis montis oliueti.

Coquitur ex animalium ſeuo,  
per ignem prius diligenter à pelli-  
culis mundato, quanujs ex oliua-  
rum oleo non minus excellat.

Accipiunt huius mundati ſeuo  
exempli gr.lib.x. lixiuij ſupra dicti

Mesenterij  
tumor :

Podagricā  
emplastrū

Sapo Tuſ-  
cane non  
nullis .

lib.

20. TACHENII

lib. L. (notandum , lixiuum ita temperandum esse ut ouum re- cens natum placide descendat ad fundum vasis, leviter solummodo tangat , quod facile aduertitur , si oui filo alligati atque è fundo ex- tracti pondus non percipiatur tum est pro opere aptum , ac ita tempe- ratum , Magistram vocant ) lixi- um & seuum supra ignem bul- liant , continuaque agitatione li- gneo paxillo ducanrur ne fundo adhereant , donec ihsipissata & co- etta sint , sub initium per horæ spatiū daminum non infert ignis maiuseulus , quia materia aquo- sior , postea vero ignem remittere expedit tali gradu , vt saltem bullas emittat , interim incessanter manu ducatur materia tam in fundo quam circum latera per duas ho- ras , tertia hora adherebunt agita- culo fila longa subtiliaque , deinde transparentia cum bullis citrino colore apparentibus , estque matu- rationis signum , poterisque ignem subducere : at exercitatus in arte detineat quo diutius eo melius (caute tamen ne aduratur ) in illo calore , id enim semper maiori lu- cro est , donec fila longiuscula ro- tunda & subtilia trahantur & sic coctura perfecta est .

Hunc

HIPPOCRATES. 21

Hunc per 2. 3. vel plures annos  
rursus soluunt & coagulant, quam  
operationem purgationem vo-  
cant, hoc modo.

Concidunt in subtileas, bracteas  
sive rasuras, exponuntque sublimi  
aeri aprico, vbi Sol, Venti, nebulæ  
& pruinæ libere peruagantur , à  
pluuiia cauent . Puluerem exsicca-  
tum aqua humectant puteali (non  
falsa) in largo ligneo & ita humili  
vase ut vasis labia saponis massam  
non superet , iterumque Solis ar-  
dore siccatum , & in puluerem re-  
ductum humectant singulis die-  
bus agitant, exsiccant, & vt prius in  
puluerem terunt , repetunt eun-  
dem laborem soluendi sc: & coa-  
gulandi, donec fætor plane pereat ,  
pastaque nobilior fiat.

Ita præparatus tandem in saxi  
duritiem exsiccant , in puluerem  
reducunt , affunduntque aquam  
distillatam , & insolatam per an-  
num, sic odoratior fieri, de meliloto  
odorato/quam aquam de Tripolo  
vocant, id est, de trifolio odorato )  
& rursus exsiccant , in puluerem  
reducunt & humectant ut prius,  
donec alcali & seu olei odor  
plane ablatus sit , quod fit quinta  
vel sexta coagulatione.

Si verò in tam diuturno tempo-  
ris

22 T A C H E N I I

ris spatio saponis massa folijs , festucis, muscis deturpata esset, tunc assundunt tantam aquæ meliloti copiam vt quasi spissio oleo similis sit ad Solis calorem (nō ad ignem) & percolant raro laneo panno , quæm burattum dicunt, stringunt, comprimunt, donec per colum purus transeat, & ita exsiccant, rursusque in puluerem comminuant, que in denuo aqua rosarum aut alia odorata humectant, linteo cooperiunt ne labefactetur à volitantibus per aera, & hunc laborem bis ter vel quater repetunt.

Tandem addunt portioni huius massæ nobilissimæ moscum, ambram, zibetum (horum elegantem proportionem vide in elau sub finem Cap. 9.) huius mixturæ accipiunt granum unum, saccari albissimi gra. decem dissoluti in mortariolo cum aqua rosarum & guttam succi citri , atque massæ adiiciunt, vascula implet obturantque carta pergamenta sericio panno superuestita, estque magnatibus atque delicatis gratissima merx .

Quod si Sapo temporis diutinitate in vasis exsiccaretur repetito supradicto labore humectatus scil: & denuo exsiccandus est ad

HIPPOCRATES. 23.  
ad consistentiam melle Paulo du-  
rarem.

Notandum Saponeū anno-  
rum 5. perfectiorem fore 4. &  
hunc meliorem trium. Item inter  
effundendam aquam odoriferam,  
non statim agitatione pinsandum,  
sed in quiete sinendum per diem  
& noctem, ut paulatim intret hu-  
mor non secus quam si cretam  
humido emollire velles.

Sal Maris, quia non est corpus  
vacuum, ut sunt alcalia salia, cum  
pinguedine in Saponem non coa-  
gulatur, habet enim ambas facul-  
tates difficulter separabiles ut in  
Clavis capite quarto ex professo  
demonstraui.

Vitrum compontiur & dissoluitur.

Cap. 5.

**V**itrum fit ex eodem Silice, &  
eodem Sale alcali, regula  
contraria, & non via humida ut  
sapo, sed sicca & ignea fusione vel  
liquatione. Miscentur autem tres  
aliquando duæ saltem partes pul-  
ueris silicum, cum parte una salis  
alcali (& non cibarii acidi) quod  
rodendo liquat silicem, & in fusio-  
nis igne absorbet, alcali inquam  
pars